

# 13c. TYPVS AMICITIAE.

Exvoto adscriptus Genio AMICITIAE Lectis.  
ac honoratissimi viri

DN. OCTAVIANI HOFERI, CIVIS AC MERCATORIS  
Veneti, Synceri perbenigniq; litterarum fautoris atq; cultoris  
GRATÆ MEMORIÆ VIRTUTIS Q. C.

Naiades hoc Satyri, Dryades, Pan, Phæbus, Athenæ  
Hoc Charites gaudent Numine & Aonides.

PIETAS ET  
CHARITAS IN  
VIVENTES  
NON ERIT:  
INTER VITA  
VNCLOS QVI  
VS ARTIBVS  
REVIVISCET?

QVIS  
unc vadem se  
ad mortem Ty  
monodabit pro  
amico?  
O AMICI!



VERVM AMI-  
CVM NONDVM  
REPERI INTE-  
RIM CONTEN-  
TVS SVM NVDO  
NOMINE AMI-  
CITIAE.

CICERO IN  
LÆLIO.  
In amicitia nisi  
apertum pectus  
videas, tuumq;  
ostendas.  
NIHIL FIDVM.

DIMIDIUM ANIMÆ AMICO CONTRIBVEREM.

## ΕΚΦΡΑΣΙΣ METRICA ET DIALOGISTICA.

Q. **A**quam te memorem seu Virgo, seu Dea fare,  
Seu Dea seu Virgo, qualis & unde genus?  
R. Et Dea sum, & Virgo, positis pro nomine signis  
Nota satis, Iove qua sum fata AMICITIA.  
Q. Cur juvenis forma? R. non me ætas ipsa Sybilla  
Non mutent & quæ tempora cuncta trahunt.  
Q. Cur tibi detectum caput est? R. pateo omnibus, & non  
Vllum ullus pudor est esse negare meum.  
Q. Quid toga tam lacera est? R. Alcidæ ferre labores  
Vna iri possum pauperiemque pati,  
Sed vita & mortis titulus quid simbria prefert?  
R. At mortem usq; meus continuatur amor  
Cur ÆSTAS & HYEMS porrata in fronte notantur?  
R. Vera fides quoq; tempore firma manet.  
Cur tibi si latus est ipsumq; ad pectus apertum?  
R. Ipsum animi nudo sic penetrare mei.  
Brachium at inclinans dígito quid cordea monstras?  
R. Cordi ut lingua & opus convenienter eant.  
Quid cordi hæc inscripta tuo LONGE & PROPE signant?  
R. Absens ut præsens sic mihi semper adest.

Ea est hominis rectè instituti natura, ut cum aliquem de se  
bene meritum esse sentiat, statim vel de referendâ vel  
saltē habendâ gratiâ cogitet.

Vin' dicam LECTOR qui sim? non euro placere  
Omnibus: sed satis est si placebo obsequio.  
P. M. S. I C.

AN. CHRISTIANO M. D. IIC.

8125 i 4.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel



